

TITVLVS XIII.

DE INDIARVM EPISCOPIS, PRO EXPLICATIONE ONERVVM, QVÆ CONSCIENTIIS IPSORVM INCUMBENT.

Episcoporum
pericula
onera.



Et pericu-
lum ab in-
gresso non
per ostium.

D. Bernar-

Damna-
tio quā
fundatua
timor.

Damna-
ti Archiepi-
scopi horre-
da narra-
tio.

Missa In-
dicorum
periculum
ob maiores
eorum obli-
gationes.

Concilium
Limen. 3.

1. Unt illa multa & magna, sola Episcopali celsitudine, quæ illis est cum alijs communis, expensa; vt exclamare idemidem cum magno animi sensu B. Thomas de Villa-Noua, Episcoporum illustrissimum exemplar, cogeretur. *Domine, ne excludar numero Beatorum, quia fui de numero Prelatorum.* Quo in timore confortatus a Christo, vt refert P. Balinghem in Kalendario Virginis, die 28. Septembris. Vtinam multi, vtinam omnes sic mereantur confari. Sed nescio an omnes capiant verbum istud. Multi non per ostium, sed aliqui in ouile ascendunt, qui neque ingredientes, neque egredientes pascua coelestia reperient. *Qui pro se rogat, jam judicatus est,* ait D. Bernardus Lib. 2. de consideratione, cap. 5. & quotusquisque est, qui non roget, & rogari potius expectet, vt dicat inuitator: *Amice ascende superius:* sunt sanè aliqui, non negabo, sed quod illi, qui non rogantes rogantur: dum qui rogant, vix locum non rogantibus esse permittant. Non ergo vanus Beati illius timor Antistitis, qui apud Thomam Cantipratensem legerat Lib. 1. Cap. 20. dixisse quendam viuis exemptum, qui Episcopatuui pertinaciter fuerat reluctatus: *Quod in vita semper timui, nun scio: scilicet, quod si Episcopatus Cathedram ascendissim, in damnationis perpetua periculū incidißim.* Quād autem sit talium horrenda damnatio ex narratione constare potest, quæ apud P. Hieremiam Drexellium extat in Tribunalis Christi Lib. 2. Cap. 8. Pagina mibi 485. vbi ita scribit: *Non absimile quod bone fidei scriptor commemorans: vir nobilis, inquit Gualterus de Mere, unus aliquis ē Caroli V. Cesaris aulico famulito, ad partes Boreales Islandiam versus nauigans, ex aduerso nauim magno impetu ferri, dicit in puppi tetricum monstrum, Aethiopem nigerrimum, pro nauarcho considerare vidit, Gualteri nauta pro more acclamans, quid mercium vellarent, quoniam tenderent, quæsivit.* Cui Nauarchus atter respondit: *Archiepiscopum vehimus (nomini parcitur) dicit ad montem Heclam tendimus.* Mons est assiduis incendijs, perinde ut Aethna, terribilis. Hoc ubi Gualterus audiit, totus contremuit, & vite rationes secum subducere orsus, quād primū Leidam appulit, in Religiosam D. Francisci familiam se dicauit, vt rerum humanarum curā solitus, Deo liberius operaretur; magistrum sui tyrocinij habuit Guilielmum Delphensem, qui hec domi mea, inquit scriptor, multis honestissimis viris presentibus exacte narravit. Hæc ille, & quis ad ea cum Gualtero non etiam totus contremiscat? Damnati Archiepiscopos non est metaphysicē tantum, sed etiam moraliter possibile: quidquid de multis probatissimæ virtutis sit, qui velut luminaria Ecclesiæ antiquiorum temporum memoranda exemplaria representant.

2. Quod si tantum in eâ est dignitate periculum, Indicis profecto Præfulibus maius imminet, ob multa, quæ in his regionibus conscientiæ offendicula reperiuntur. Debentur sanè conuersioni, de quâ agitur, & Christianorum morum stabilimento, viri vndequeaque Apostolici: quod arduum, ac sublime negotium ad eos præsertim spectat, quos Apostolis præclaro in munere constat successisse: vt declarat Concilium Tridentinum Sessione 23. Cap. 4. verbis illis. *Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt.* Quales ergo sint oportet, qui talium loco sufficiuntur? Cui generali respectu specialis alter accedit: conuersionis inquam Gentilium, in quâ sumus, & nouæ Ecclesiæ, primitiæ illius emulæ, fundationis, de quâ dici possit non habere maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi: juxta Christi scopum ab Apostolo declaratum. *Ephes. 5.* Quod quidem Limense Concilium grauiter, & eleganter exequitur. *Actione 3. Cap. 1.* verbis illis: *Quod si ubique quidem Apostolorum successores Episcopos, Apostolicam etiam doctrinam, dicitur vitam referre*

p. 67

Apostolici
sunt oportet;

par est: tamen propriæ quadam, & peculiari ratione, vbi Gentes ad Evangelicam lumen primam vocantur: quod in hoc altero orbe nostrâ etate, in quos fines seculorum dezienerunt, Dei Consilio placuisse cernimus; ibi Apostolico verè muneri Episcoporum, Apostolicam quoque sanctitatem, & lumen respondere debere, nemo est, qui non videat: non enim in ouile Domini eum nouis Christi greci recte adduci, adductus recte pasci potest, quandiu Pastores non que JESU Christi, sed quæ sua sunt querunt. Hæc Concilium, & alia, quæ non possunt non obvia esse, & satis trita gregis nouelli Pastoribus, qui cum populorum sint Magistri primarij constituti, non cā egebunt tenuitate doctrinæ, quæ ex istis potest lucubrationibus nostris hauriri.

3. Ad illius tamen complementum nonnihil adiiciendum breui quadam obligationum serie proposita, quibus fas non fuerit dictis dominis contrahiisse. Sic enim & Auctores communiter faciunt, qui dum in summis Moralibus, & eiusmodi doctrinæ Tractatibus, generalia documenta conscribunt, minimè sibi prætereundos Episcopos arbitrantur. Quod quia in illis perium, non est opus eos specialius compellasse. Accipiant ergo Illustri. ac Reverendiss. Prelates pupilla oculi Dei, columnæ Ecclesiæ, summi Sacerdotes, gerentes personam Christi, eiusque Vicarij, Apostolorum successores, munus hoc, quodcumque sit. Ut cum Minorenſi loquar Episcopo in suâ Pr. xi. Habent speculum melius, in quo se possint intueri, Diuo Bernardo teste, vel quocumque alio sermonis illius Auctore ad Pastores in Synodo Congregatos, sic scribente: *Seculares in speculis suis visu cognoscere solent pulchritudinem, aut turpitudinem suam.* Alterius generis est speculum vestrum, in quo magis auditu, quād visu potestis attendere: quid deceat, & quid non deceat: quid impedit, quid expediatur: quid ex debito vestri officij vobis incumbat. Speculum vestrum sanctum Euangelium. Hæc ille, & alia. Iuxta quæ illud mihi certum, si hoc speculum ante oculos semper sit, nihil in pupillis Ecclesiæ non decens, nitidumque futurum. Quod ergo nos dabimus, inde venit, & ex limpidis Canonice doctrinæ fontibus, vt non debeat contemptibile reputari. Sit ergo

CAPVT I.

Ad Indicos Episcopatus damnabilis per munera largitionem ingressus. Vbi casus aliquot peculiares.

Quatuor
necessaria
pro Episco-
pus præser-
vatum India-
sum, ex D.
Bernardo.

Per ostium
intrare est
Canonice
eligi.

4. **I**ius Bernardus Sermone ad clerum in Concilio Remensi, vel alias quispiam illius Auctor, ita loquitur: *Quatuor tamen his, qui presunt in Ecclesia Dei, necessaria esse pro omnibus reor: videlicet, ut per ostium intrant, ut in humilitate se contineant, auaritiam declinent, munditiam tam corde, quād corpore feruare studeant.* Sed quid prodest si Canonice eliganter (quod est per ostium intrare) & non Canonice vinant? Et. Et quatuor quidem prædicta ad Indianum Episcopos speciali quadam ratione vigentur pertinere, vt scilicet peculiari cura conqueri debeant, quia apprime illis necessaria propter dicta n. 2. Et quia vt non adiunt, occasiones esse constat validiores, & de primo quidem loquendo, debent per ostium ingredi, Canonice inquam; cuius obligations violande periculum ingen ex facultatum copiâ, dum ij, qui longius à Rege, & Regio Conflito absunt, nec merita posse reddere oculis eorum præstantia, auri & argenti administricis abutuntur. Neque vilus est adeò proiectæ verecundia, vt dicere audeat; do, vt des: daturi siquidem dignioris, & nobilioris genij sunt; vnde adiumenta sunt viæ, quas ignorauerunt Patres

De doctri-
na pro ipsi-
sæ.

Eorum fe-
culum Eu-
angelium.

D. Bern.

nostri, vt dent, nec dare existentur, Episcopatum ambidores. Vnde queritur

5. Primò. An licet dare aliquid operio applicandum, cuius intuitu præsentatio ad Episcopatum habeatur, aut illius per tertium impec-
tum operi quid operi
pro applica-
dum.

2. Disput. i. 6. Dub. 3. Affirmatiuē responderet, sic ut & Ioannes de Soria, & Rocafull, quos adducit, nec improbat Diana Parte 11. Tractat. 6. Resolut. 31. Quia is, qui offert imperationem, nihil Affirman-
accipit tempora pro Beneficio, aut intercessio-
nem, sed qui dat, mouet illum ad honeste operan-
dum, & infidelis moueri ad conuersiōnem potest
munerum collatione, & puer ut Religionem in-
greditur; quia non datur per modum pretij. Sed solum ad mouendam voluntatem, vt erga bonum afficiatur. Pro quo P. Thomas Sancius Lib. 1. de Matrimonio, Disput. 39. num. 2. In pre-
fenti autem cau non offertur pecunia impetratu-
ro, sed promittit quis facturum se actum bo-
num, & gratum illi, vt moueat illum ad impe-
trandum Beneficiū: sicut si filius promitteret Patri se facturum aliqua virtutum opera grata Patri, vt aliquid ipsi tribueret, non vt pretium rei spiritualis, sed motus ex gratitudine, in quō non esset simonia, sicut neque cum Pater aliquid of-
fert filio, vt ab eo opera virtutum eliciat. Vnde & Beneficij collator posset illud promittere ali-
cui vt moueret illum ad eleemosynam facien-
dam, non vt pretium, sed vt actum honestum. Et idem iudicium est, si offerretur eleemosyna
alicui loco pio, vt aliquis moueretur, ad impe-
trandum, vel conferendum habitum (sic legen-
dum & non actum) Religionis militaris, & licet Bulla Pontificia sit, quâ prohibetur dari aliquid
pretio

NN 4

pretio estimabile pro impetratio Beneficij, illa casum praesentem non comprehendit; quia reuerata non datur aliquid pro intercessione, sed vt alius ad actum, impetracionem inquam Beneficij, moueat. Addere poterat, nec dari pro collatione, sed vt alius ad illam, quæ & ipsa actus honestus est, etiam afficiatur. Quem dicendi modum adducit Diana Auctoris citati verbis: *Parte 5. Tract. 14. num. 75.* nihil de suo adjiciens, vnde nec probans: juxta ea, quæ ille circa hujusmodi opinionum propositiones à se factas non semel protestatur. Habet etiam citatus Auctor resolutionem eamdem. *Disp. 31. Dub. 74.* Sed

Contrariū statuitur.

Pro eo irrefragabili argumentum ex miseri misericordia promissione.

Instinctus evidens.

Liberali- tati quid non obstat.

Responso quendam disticta.

Donatiū posse dari cum spe obtainendi dignitatem.

Vrgentis simaratio, quia alias simoniacae labes numerus quām intreret.

De eo, qui promisit, sed non soluit, ne simoniam committet.

Pro bonis operibus elicendis ut munera dari queat.

Promissio nem non obligare etiam pro labore pre- tio estimabili.

puritas

Dico oppositum cum communī sententia Doctortum, qui videri possunt apud P. Vincentium Tancredi. *Tract. 2. Libr. 4. Disp. 32. num. 16.* qui omnes constanter tenent esse simoniam deducere in pactum obligationem quamlibet anidotalem, cum promissione speciali implendi illam; vnde & exemplum adhibent in obligatione mutui, ad quod nequit, qui Beneficium impetrare desiderat, obligari, & ex eo arguo: quia nouis imperatio Beneficij, & multo minus collatio facta ex conuentione accipendi mutui: ergo neque ex conuentione etiā obligatione dandi tertio, vel operi alicui pio. Illatio est clara, quia pro illa militat eadem ratio, quæ pro priori, quod sic ostendo. Nam dare mutuum est opus virtutis, & ita ad illud hortatur Christus, *Lucæ 6. vers. 35. Miserum date.* Ergo potest aliquis Beneficium promittere vt ad opus hujusmodi moueat mutuaturum. Item Beneficium impetrare & conferre, opus virtutis est, cum sit generaliter beneficium, & præterea vt tale ad Dei obsequium, & Beneficiarij bonum ordinetur: ergo potest quis mutuo promisso ad illud mouere, non quasi pretio dato, sed illo alio honesto respectu. Quod autem pecunia detur Beneficium impetranti, vel conseruenti, aut alteri tertio, nihil obstat, quia id non tollit rationem honesti operis, nec facit, vt quod pretium ex se non est, pretium reverasit. Immò instari euidenter etiam potest, vt non solum liceat conuentio mutui, sed etiam absoluta donationis; quia donatio opus virtutis est, liberalitatis inquam, aut misericordia, siue etiam charitatis: ergo potest impetrare, & collatio Beneficij ea sub conuentione fieri. Quod si dicatur obstare liberalitati obligationem, id non verget, vt absolute esse donatio nequeat; quia etiam sunt donationes remuneratoriae; vt omnes Doctores agnoscent: & præterea ad opus liberalitatis potest aliquis mouere, aliquid promittendo, aut conserendo; quia liberalitati non quævis obligatio repugnat, sed quæ iustitia est, aut etiam gratitudinis. Et quemadmodum ad opus iustitiae morieri aliquis potest doni alicuius collatione, nec propterea actus ipse definit esse iustitia, ita & ad lib. liberalitatis actum, non obstante respectu ad doni accepti collationem; in uno enim actu multi esse respectus honesti possunt.

7 Dices, Beneficium conferre, aut impetrare ex se bonum esse, sed id intuitu pecuniae fieri, ab honesta ratione alienum esse, quia iam est respectus ad pretium. Verum responso ista pro nobis est; ex ea enim fit non posse Beneficium impetrari, aut conferri, per respectum ad pecu-

niam dandam tertio, nam similiter respondetur; & retorqueri etiam responso potest; quia licet Beneficium impetrare, aut conferre ex se bonum sit, per medium pecunia tertio conferenda illicitum redditur, vel si non redditur: ergo neque per medium dati mutui. Et quidem ratio sententia prædictæ id supponit, quod erat illi probandum, & dum poni probat, conclusione, ipsam probat conclusionem: ait enim dare eleemosynam, aut Beneficium impetrando, aut conferendo; benefacere, opus virtutis esse: atqui in casu præsentis non agimus nisi de eleemosyna (si tamen eleemosyna dicenda est, quæ respectu adeo diuerso laborat) prout hic & nunc fit, & de impetratio, & collatione Beneficij secundum præsentes circumstantias quam esse honestam negamus, cum tamen sententia dicta id supponat, in quo est quæstio, & probat esse honestam, quia honesta est.

8 Quod ulterius probo: quia ex prædicta positione sequitur sine labore simoniacæ stare posse, quidquid vel naturæ iure, vel ecclesiastico vt simoniacum prohibetur. Id ostendo: nam in omni hujusmodi conuentione dici potest non dari, aut promitti aliquid intuitu pecuniae, aut alterius equivalentis, sed actum virtutis exerceri ex motione munieris præstiti, quod sicut dari ex fine prædicto potest, ita & recipi, ac consequenter protin, quod est illius intuitu faciendum. Vbi si recurratur ad prohibitionem; certè prohibito ex iure naturæ non est; quia naturæ non est exercitio virtutum aduersa. Si autem dicatur esse Ecclesiasticum, neque id obstat, quia neque Ecclesia virtutum vnum impetrare contendit, & cum aliquid hujusmodi prohibet, ideo est, quia labem simoniacam esse presumit; quia deficiente, dum per respectum ad virtutem agitur, prohibitio locum non habet. Quis tamen hæc admittat? aut quis respectus illos puros, & nitidos in talibus passionibus turò possit polliceri? Non ibi virtus, sed *velamentum malicie.* Ut aliás D. Bernardus; & Deus, vt clamat Apostolus, *non irridetur.* Conscientias eorum, qui sic negotiantur, appello. Hac arte quidam Archiepiscopatum obtinuisse dicitur grandi pecunia summa, nefcio cuinam Conuentui consignata. Sed non felix exitus, neque exordium faustum fuisse demonstravit. Arqui aliter non fuisse locus ille sublimis obtentus: & quænam quæsto in Dei Ecclesiæ necessitas vt illa talibus Paronympis commendetur? nisi vt idem dulcissimus Doctor lachrymis amarissimis clamet, & dicat, *In felix sponsa talibus tradita Paronympis.* Videantur dicta Titulo præcedenti.

9 Neque est ad rem id quod adducitur de largitione munierum ad elicienda opera virtutis, quia ibi non intercedit conuentio ex vtrique parte obligationem inducens, neque quod datur rationem pretij habet; & licet aliquis promittat se daturum talia opera facienti, id etiam licet, quia neque ibi mutua obligatio est, nec pretij rationem habet, vt patet ex *Cap. 2. de conditionibus appositis* vbi statuitur seruandam manumissionem factam sub hac conditione, *si Religiosus fiat.* In posita, eafu autem nostro conuentio interuenient, & pretium datur pro commodo, quod danti ex Beneficij collatione resultat. Et ridenda profecto

De damnabili ingressu in Episcopatum per munierum largit. 153

puritas illa intentionis, quam tales venditant, quandoquidem, si illa talis esset, ad benefacendum promptior eorum voluntas tenderet, ambitione submerita, ex qua sit, vt ingentem copiam pro Beneficij adiectione fundentes, vnum, vel alterum nummum ægræ pauperibus largiantur.

Donatiū posse dari cum spe obtainendi dignitatem.

10 Potest autem ulterius inquiri, An liceat aliquando largitio pecunia obtainenda dignitatis intuitu, eo modo scilicet, qui prætentoribus ex Indiis ad Regiam Curiam euntibus solet esse non infrequens. Ab eis enim donatiū exigit solet, & illi non grauatur tribuere; existimantes Regem ea liberalitate permotum, id, quod in votis habent, collaturum. Potest item accidere, vt sine promissione aliqui donatiū tale petatur. Operi alicui pio per Regiam prouidentiam applicandum, siue autem fibi, siue alii donatiū ab Indianis petat, dari poterit sine simoniacæ labis contractione: & ratio est, quia in eo non est pactio, & donatione facta potest Rex dare, aut non dare quod desiderant Indiani. Licet autem illi sub spe obtainendi dent, aliter non daturi, id quidem non obstat, quia largitio ad solam extitandam Regiam gratitudinem tendit, sine obligatione aliqui, quæ moraliter possit quasi civilis judicari. Pro quo in specie casus videri potest P. Vincentius Tancredi *suprà Disp. 29. num. 3.* qui alios adducit. Et Eligius Bassus *Verb. simonia 5. num. 1.* apud quem plures, Diana *Parte 2. Tract. 16. Resolut. 37. & Parte 3. Tract. 2. Resolut. 64.* apud quem etiam alii.

11 Sed vt labem omnem simoniacæ impie-tatis evitent, futuri forsan sunt, sicut & fuere nonnulli, qui interuentores suos arte deludant. Promittunt enim illis daturos se bonam pecunia summa, si Beneficium impetrant, quæ spe illi omnem solicitudinem adhibent, & voti compotes facti, id, quod fuerat fibi promissum, exposcent. Ad quos promissores respondent daturi se, si probati Theologi se dare posse tutâ conscientiâ testentur. Cumque nullus talis inueniatur, abeunt laxi, & alij remanent desperati. Hoc ne licet? Minime quidem. Fraudem, & dolum quis probare queat? Aut ergo qui impetratio promisit, in eo laborem pretio estimabilem posuit, & sic non debet illo fraudari, vt communiter Theologi docent, aut præstum, de quo præcessit conuentio, supra estimationem laboris est, & ita, qui illud exigit, grauitate peccat, & peccato quidem simoniacæ, quia pretium querit, non jam laboris, sed rei impetratio, cum labor illud minime mereatur. Vnde & consequenter, qui promisit, quia cooperatus est peccato alterius, qui sub spe accipiendo iniusti pretij laboravit. Ex eo tamen quod non est redditum id, quod præmissum fuerat, simoniacæ vitatu poena, & Beneficium sive vlo potest scrupulo retineri: Pro quo sunt Auctores adducti à P. Tancredi *suprà Disp. 31. num. 5. & seqq.* Addo tamen, licet fine simoniacæ labi possit labori impetratio compensatio reddi, non tamen esse obligatiō-nem omnino certam ad illam: quia sic laborans non laborauit ex obligatione iustitiae, neque vera conuentio fuit, & sibi imputare potest sui laboris se fructu esse fraudatum. Præterquam quod actio illa indubitate sumpta criminosa

fuit, & cui non debetur compensatio, vnde neque parva, neque magna; cum sit etiam aditus ad Beneficium, qui aditum emit, Beneficium etiam emere videtur; quod cum non liceat, neque obligatio soluendi erit, juxta doctrinam P. Azorii *Tom. 3. lib. 12. Cap. 16. in fine.*

12 Ad finem pro ampliori explicacione *Quorūdam sententia de doni pto circa id, quod re ipsa dari sine finione.* precipui casus, aderto, opinionem esse Doctorum quorundam, quos Diana adducit *suprà pto circa asserentiū n pro obtainendis Beneficijs posse pto etiam fieri eodem modo, quo re ipsa aliquid potest accipi.* Pro omni enim eo, quod dari potest, non ut premium rei spiritualis, sed ut stipendium, vel remuneratio, pactum etiam potest iniri; si enim dare cum effectu malum non est, neque malum erit ad illud obligari. Quemadmodum pactum fieri cum Sacerdote potest de dicendis Missis stipendio designato, quod non Missæ sed labori in ea dicenda respondeat. Et hoc quidem, quod Diana ut probabile proposuit *Resolut. 37. citata,* sine limitatione aliqua ab eodem asseritur *Resolut. 64.* cum PP. Valentia, & Tannero: licet sub disunctione loquatur de obligatione soluendi, quæ esse potest, vel ex gratitudine, vel ex iustitia. Cum tamen Pater Valentia utramque videatur agnoscere: ex iustitia inquam, quatenus secundum communem estimationem opus ad officium tale stipendium, & recompensationem meretur, vt opus, & officium quoddam est: ex gratitudine vero quatenus consideratum ut officium spirituale, meretur remuneracionem gratuitam; & sic de temporali, pro spirituali potest in foro conscientia pacisci. Iuxta hæc ergo, sicut potest quis eleemosynam Monasterio alicui dare, quam scit Regi fore gratissimum, sperans inde Beneficium consequi, ita & videtur pactum posse fieri pro eodem: corruit enim ratio nostra de obligatione ex pacto relataente, quæ absque simonia esse non potest.

13 Verum doctrina prefata non vrget, quæ tantum procedit de remuneratione laboris, circa quem non negamus posse fieri pactionem; immo & valde verosimile est obligationem esse iustitia. In ea autem dicto nihil tale occurrit; cui enim Episcopatus promittitur, si copiam summarum tali Monasterio dederit, nihil tribuit, quod esse compensatio laboris possit, vt constat. Licet autem dare sub spe illa possit, non tamen pacisci, quia hæc obstant rationes adductæ: neque doctrina scriptorū illorum ita generalis esse potest: alij nullus erit contractus simoniacus, quia quod facto contractu tribuitur, potest tribui sine illo, & de eo, quod tribui sine contractu licet, potest contractus iniri. Debet ergo illa tunc intelligi, cum labor aliquis alij non debitus circa impetracionem Beneficij miscetur, & remuneratio iuxta qualitatem personæ mensurari debet: plus enim Magnati interuentient, quam alij est debitum. In quo quidem licet simoniacæ crimen abfuerit, ambitionis tamen nota exitiatis, hæreditatis, & vix sine gravi conscientia vulnere ista contingent; neque enim cum deuenitur ad illa, puritas ea intentionis assit, quo possint pactiones hujusmodi penitus honestari. Non ergo pet ostium ingrediuntur.